



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Julio aphricano. Cap[itulum]. lxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sc̄to Julio aphyricano. Cap. lxxvij.

Iulius aphyricanus: inter historiographos precipuus: ut scribit eusebius. Alexander et maximini ac gordiani imperatorum fultit re-
poribus: q̄ sanctitate et sapiētia insignis fuit scripsit enim ad aristides de euangeliolorum: que videtur dissonantia: et de genealogis q̄ a mattheo et luca diuerse referunt cōposuit libus. In quo ceterorū opinione a veritate discordes coarguit: et verissimā truisq̄ consonantia esse demonstrat. Chronicoꝝ de temporibus edidit libus: in quinq̄ voluminibꝫ diligenter admodū et studiose cōpositis. Ad origene scripsit epistola de eo quod in danie le legitur de susanna q̄ in hebreis nō beatur codicibus: ad qua origenes elegantissime respondēs ait: nequaquā iudeorū adherēdum fraudibus: sed solū q̄ septuaginta iterpretes scribunt p̄ veritate tenēdū. Hic sub antonio augusto dormiuit in dño. Hec hieronymus de viris illustribus.

De sc̄to Archiloco ep̄o. Cap. lxxviii.



Archilocus: siue archelaus metopotaie episcopus tempo-
ratoris floruit. Qui vita fuit clarus et doctrina conspicuus. Librum em̄ disputatorum aduersus manicheum scripsit: in quo disputatione ad sensus eius quodas et heresi illa sc̄ci habita sermo explicant. Qui in grecis translatus a multis habetur. Hic quoq̄ in eccl̄ia sua conditus in pace requiescit. hec vbi supra.

De sancto Agrippa cōfessore. Cap. lxxix.



Agrippa cognomento castorius confessor sanctus floruit alexandrie tempore adriani imperatoris. Qui vir doctus et sapiētia insignis aduersus cccxxij. basilidis heretici volumina q̄ in euangelijs consecerat et fidei no-

stre veritati repugnabat: fortissime et eleganti sermone disseruit grandi libro catholicam credulitatem defendens. Hic apud alexandriam non minoris vite sanctitate q̄ doctrine veritate radians diem clausit extremus temporibus adriani imperatoris. hec hieronymus libro de illustribus.

De sancto Attico ep̄o. Cap. lxxx.

Atticus constantinopolitanus ep̄s tempore archadii imperatoris apud ipsam urbem regiam clarus verbis et operibus fultit. Qui ad eiusdem principis filias de fide et virginitate egregiū scripsit volumen. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatem in christo quiescit. hec gemadius.

De sancto Bacchilo ep̄o. Cap. lxxxi.



Bacchilus corinthiorū ep̄s de quo eusebius ecclesiastice historie libro. v. cap. xxij. mentionē facit apud ipsas corinthiorū ciuitates claruit tempore seueri imperatoris. Qui vir sanctissimus et sapiētia p̄fulgens insigniter inter cetera doctrine sue opera: librorū elegantem de pascha ex personis omnium ep̄orum: qui in achata crant cōposuit et apud ipsam oppidū tumulatus in domino quiescit. Hec hieronymus.

De sancto Holcate ep̄o. Cap. lxxxij.



Holcatus ep̄iscopus et martyr apud egyptum paschus est sub persecutione miriamani imperatoris. Sic egypti natione de ciuitate tampris: vir genere nobilis et op̄i non modicari: eiusdem ciuitatis ep̄atum hūiliter successit. Qui sapiētia illustris volumen elegantissimū de martyriū laude cōposuit: de semetipso in eorum numero futuro diuinitus vaticinas. Nam eius ebuliente miriamani persecutione ab infidelibus tentus idolis immolare renuissit: pro christi confessione capite truncatus et apud eandē urbem a christianis conditus est.

De sancto Istitio ep̄o. Cap. lxxxiii.

Istitius eduensis ep̄iscopus apud ipsas floruit ciuitate. Hic vita purissima et doctrina fulgida fame in gallia celebris in canticis canticorū cōmētarios edidit insignes: adire: sus quoq̄ nouatiani grande cōpilauit volumen: constantiniq̄ magni temporibus in ipsa ciuitate fatis terminum ponens tumulatus iacet. Hec vbi supra.